Quelle: http://manuscripta.at/?ID=287
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



De lapidibus

dia quarum a rupe caucasea fabule ferunt. Omnes
autem gemmas non translucidas cecas appellari volunt
eo quod densitate sua obstruerent. Gemmarum autem que
dam sunt virides ut smaragdus prasius. Que
nigre ut achates egiptilla quedam perspicue et al
be ut berillus cristallus. Quedam ab animalibus
cognominate ut glossa ethites carcinia. Quedam sunt
quibus gentiles in superstitionibus quibusdam
utuntur ut liparea vel laparea fuisita omnes
bestias euocare traduntur. Quedam sunt ex specie
metallorum ut lapidum cognominate ut crisopis
crisolitus et sic de aliis vana sunt. Isidorus. Et quan
uis ut predictum est lapides aut cauces sew petre
sive. Saxa sint dura valde prout tamen partim
mollificari quorum mollificatio sic habetur.
Summe urina hirci et eius sanguinem et miste
sit et intromitte lapides quos volueris pone
super cineres callidos et hoc fac tribus diebus
et mollificabuntur. Plinius. Sanguis hircinus
asininus et anserinus cum aceto mixti et lento
igne cocti gemmas. Impositas et virum mollificant
ut ad libitum possint incidi. Gal. lapis in
sanguine vulpis proiectus frangitur. In est et
gemmis vel lapidibus maxima virtus sic et her
bis. Nec dubium cuiquam debet falsum ve videri
quin sua sit virtus diuinitus insita gemmis. In
gens est herbis data virtus maxima gemmis.
Subsequenter est dicendum de lapidibus et gem
mis per ordinem alphabeti. Et primo ab A incipien
tibus.

Prologus Alberti magni

Generaliter primo videndum est de la
pidibus preciosis. Est autem questio
quomodo fiant in visceribus terre. Et
respondemus ex dictis philosophorum quod ex
vaporibus fiunt qui de inferio
ribus partibus terre consurgunt et intercluduntur
sortiuntur quoque formam secundum locum quem vacuum in terra
reperiunt. Colores vero secundum diuersitates vaporum sicut
glanduli in carne animalis. Subito quidem intercluduntur
atque formantur sed successione temporis solidantur.
Si vapor magis exterre elemento consurgit grossus
fit lapis et obscurus. Si vero ex elemento aque
lucidus. Si ex aere ceruleus. Si ex calore ignei
elementi rubeus. Et secundum proprietates elementorum
nunc mixti nunc impermixti nunc magis a bisto
nunc magis a bisto vapor exsurgens colorum
lapides diuersitates sortiuntur. Hii vero lapides
qui virides vel cerulei sunt ex aliis coloribus colo
rem communicant et hec ex permixtione vaporum proinde
lapides qui de terrestri paradiso ad nos per quatuor flu
mina deferuntur magis preciosi sunt atque rarissimi.
Sed et alii qui in diuersis regionibus inve
niuntur preciosi sunt ac virtute potentes et maxime
hii qui in orientis partibus sunt. Sunt autem clari
tate fulgoris ceteris clariores et hec quia ibi sunt elemen
torum vapores a sordibus purioribus. Sed etiam
quod est magis verum et quod virtus in est lapidibus.
Magna quippe virtus eorum vi inefficacia sanitatum. Unde
autem hoc habeant nisi adeo hoc incomprehensibile est. Equi
dem hoc certum est quod omnis virtus adeo est
sic dicit aristoteles in libro metharorum. Sed in
est herbis aut fructibus mediante operatione
nature utpote res que naturaliter aut cali
de sunt aut frigide competunt medicine. Horum
nullum in lapidibus est ut excessus caloris
aut frigiditatis in nullo lapide demonstretur siue
denotetur. Constat ergo quia sine ullo medio vir
tutem eius in dedit lapidibus et eas volunta
tis sue gratiam tribuit procreatione nature. Excepta
autem gratia sanitatum miracula multa et magna
experiuntur in gemmis utpote de magnete et ada
mante qui sibi attractione ferri imitatur. De ada
mante qui stellam maris demonstrat de ostola
uo qui hominem inuisibilem reddit de car
bunculo qui sine admixtione ad miraculo tenebras
noctis fugat. De multis quoque aliis ut prius testa
tur historia. Horum ergo miraculorum ratio est omni
potentis dei voluntas qui in rebus humanis
mirabilis predicatur. De hiis quoque dicit Augustinus
in libro de ciuitate dei 14 quod alliciuntur demo
nes ad inhabitandum per creaturas quas cuius
cumque delectationem congruunt puaria genera la
pidum herbarum lignorum animalium et carni
um. Unde et salomon inclusisse legitur demones
sub gemmis in anulis. Legitur autem quod euax rex
arabie scripsit neroni cesari nomina colores et
differentias lapidum et hec scriptura postmodum
per versus metricos exarata est quorum versuum simpli
ci sermone tenorem digerimus. Addentes et ali
orum opinionem autorum. In fine autem libri posuimus opi
niones quasdam antiquorum quas nec credendas
pro omnia credimus nec pro omnia refutandas. Et
in hoc sequimur gloriosum Augustinum. Dicuntur sibi
israhel quasdam gemmas stulpisse in deserto et
maxime corneolos quarum stulpture ita subtilis
acuminis probantur quod nullus posterum huius operis